

### Philebi Platonici emendationes.

Initium faciam a p. 45 C. ὄρα δὲ, μή με ἡγῆ διανοούμενον ἐρωτᾶν σε εἰ πλείω χαίρουσιν — — — ἀλλ' οἷου μέγεθος με ζητεῖν ἡδονῆς κ. τ. ἔ. Non ferendum est participium post ἡγεῖσθαι. Scripserat Plato μὴ διανοοῦ με ἐρωτᾶν: hinc ortum est διανοούμενον, cui grammaticus sententiae consulens με ἡγῆ praeposuit. Si haec vera sunt sequitur passim interpolatam esse Philebi orationem; nisi forte credimus, qui se huic loco corrigendo parem putavit, a reliquo dialogo pleno illo difficillimis sententiis manum abstinuisse. Sed plura exempla qui desiderat, legat quaeso attente quae statim secuntur: ἀλλ' οἷου μέγεθος με ζητεῖν ἡδονῆς, καὶ τὸ σφόδρα περὶ τοῦ τοιούτου ποῦ ποτὲ γίνεται ἐκάστοτε. Quid est περὶ τοῦ τοιούτου? Fac esse τῆς ἡδονῆς (quamquam hoc si voluisset, scripsisset saltem τὸ σφόδρα τὸ περὶ ταύτην), emergit sane pulcherrima sententia: τὸ σφόδρα τῆς ἡδονῆς περὶ τῆς ἡδονῆς! At enim περὶ τοῦ τοιούτου de so accipiendum, qui hunc ad modum afficitur. Atqui de

duobus agitur, qui diversis modis afficiuntur. Scriptum erat, ni fallor, τὸ σφόδρα τοιοῦτον, donec scribae alicuius incuria τοιουτου dedit. Secutus est corrector, qui novam vocem praepositione et articulo donavit. — 45 B. Ἀρ' οὖν αἱ πρόχειροι αἴπερ καὶ μέγισται τῶν ἡδονῶν, ὃ λέγομεν πολλάκις, αἱ περὶ τὸ σῶμά εἰσιν αὐται; Π. πῶς γὰρ οὐ; Descripsi e maiore editione Turicensi. Coislinianus et sequiores libri τῶχειροί γ'. Quapropter in ed. mea ἀλλ' οὖν — γ' dedi, et perquam infeliciter αὐται Socrati ereptum Protarcho assignavi. Ni mirum altius latet τὸ φλεγμαῖνον quam ut eo κηῖσει ἐφικέσθαι possis. Quaeritur inter voluptates quae sint maximae et vehementissimae. Sintne parabiles, seu vulgares, nihil prorsus ad rem: quare αἱ πρόχειροι sine ulla dubitatione reiectaneum. Tum vero vide mihi verborum structuram, quam ne Stallbaumius quidem tuetur; sed eius coniectura τὰ ἐπιπολῆς μόνον διαχεῖ. Si Plato sic scriptum reliquisset: οὐκ οὖν αἱ περὶ τὸ σῶμά εἰσιν αὐται, nemo verbum amplius requireret. Nam αὐται sunt eae quas modo τὰς ἀκροτάτας καὶ σφοδροτάτας dixit. Sed maluit sententiam magis ad sermonis cotidiani speciem conformare: Ἄλλ' οὖν ἐν προχείρῳ γ' εἰπεῖν ὡς ὃ λέγομεν πολλάκις, αἱ περὶ τὸ σῶμά εἰσιν αὐται. Haec foede corrupta etiam foedius curata sunt; verum, id quod nunc praesertim ago, verba μέγισται τῶν ἡδονῶν insiticia esse manifestum est. — In eiusd. pag. E. nunc tandem video quid opus facto sit: ni mirum delendum est scribae additamentum ab argumento alienum et cum ceteris minime cohaerens: δῆλον ὡς ἐν τινι ποτηρία ψυχῆς [καὶ τοῦ σώματος], ἀλλ' οὐκ ἐν ἀρετῇ κ. τ. ε. — In 37 B. postquam concessum est et δόξαν et ἡδονὴν etiamsi verae (ἀληθεῖς) non sint, tamen semper revera (ὄντως) esse sequitur locus, quem necessario coactus describam. Σω: Τῷ ποτ' οὖν δὴ τὸ πῶπῳ δόξα ψευδῆς τε καὶ ἀληθῆς φιλεῖ γίνεσθαι, τὸ δὲ τῆς ἡδονῆς μόνον ἀληθές, δοξάζειν δ' ὄντως καὶ χαίρειν ἀμφοτέρω. ὁμοίως εἴληγεν; Πρω: Σκεπτέον. Σω: Ἀρ' ὅτι δόξη μὲν ἐπιγίνεσθον ψεύδός τε καὶ ἀληθές, καὶ ἐγένετο οὐ μόνον δόξα διὰ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ποῖα τις ἑκατέρω σκεπτέον φῆς τοῦτ' εἶναι; Πρω: Ναί. Σω: πρὸς δέ γε τούτοις εἰ καὶ τὸ παρῶπαν ἡμῖν τὰ μὲν ἐσα πολ' ἄντα . . . . καὶ ταῦθ' ἡμῖν διομολογητέον. Bodleianus habet ὕτω, neque id neglexit Baiterus, qui ad locum scribit: Fort. Ὅτω . . . εἴληχε σκεπτέον. Recte! sed longius progrediendum censeo. Nam Protarchus non Σκεπτέον, sed quae Socrati nunc tribuuntur sibi postulat. Cui Socrates respondet: καί' πρὸς δέ γε τούτοις . . . Haec mihi certissima mutatio videtur, neque minus certa ὅτι in ὄπη convertendum censeo; ὄπη enim idem est quod ὕτω τῶπῳ et commode ad σκεπτέον referri potest, id quod in ὄπη non cadit. Sed frustra his minutis correctiunculis immoror, dum illud effari reformido, quod mihi aeternam temeritatis notam inustum sentio. Quid multa? Verba quae raris litteris distinxi magna ex parte spuria esse dico, quibus reiectis Platoni nihil relinquendum praeterquam τὸ δοξάζειν δ' ὄντως ἀμφοτέρω ὁμοίως εἴληχε, h. e. ἀμφοτέρω δόξα. Praeterea male inter se opponuntur ψευδός τε καὶ ἀληθές. Scribe: τὸ ψευδές τε κ. ἀ. — Nonnunquam responsa ostendunt, quo morbo

laboret oratio cui respondetur. Veluti in 41 D et E locus hunc ad modum constituendus videtur. Σω: *Τί οὖν; μηχανή ταύτ' ὀρθῶς κρίνεσθαι;* Πρω: *Πῆ δὴ καὶ πῶς;* Σω: *Εἰ τὸ βούλημα ἡμῖν τῆς κρίσεως τοῦτο· ἐν τοιούτοις ποῖ διαγνῶναι [βούλεται] ἐκάστοτε, τίς τούτων πρὸς ἀλλήλους μείζων κ. τ. ἐ.* Πρω: *Ἄλλ' ἔσσι ταυτά τε τοιαῦτα, καὶ ἡ βούλησις τῆς κρίσεως αὐτῆ.* Vulgo scribitur: *εἰ τὸ β. τ. κ. τούτων — διαγνῶναι βούλεται. Τὸ βούλημα βούλεται!* — Iamne videmus cur illa, quae in p. 30 A et B leguntur, lectorem tamdiu ludificata sint? *Οὐ γάρ που δοκοῦμέν γε κ. τ. ἐ.* Ibi enim primum quattuor illa subiciuntur; sed statim de quarto tantum, scilicet de causa, omnia quae secuntur dici palam est. Vnicum mihi remedium videtur esse, deletis quae inserta sunt, rescribere: *τῶν τετάρων ἐκείνων τὸ τῆς αἰτίας γένος ἐν ἅπασι τέταρτον ἐνὸν τοῦτο κ. τ. ἐ.* Quod in sequente sententia Winckelmannus *καὶ κοινὸν* inserere voluit parum caute fecit. Nam singula nomina epitheton lectissimum et maxime proprium comitatur: *πολὺ ἄπειρον, ἱκανὸν πέρας, οὐ φραυλὴ αἰτία.* Si huc nudum vocabulum *κοινόν* intruseris caetera omnia huius societatem respuent; sin prius adiectivo vestire conaberis, frustra laborabis. — Nunc raptim alias correctiones proferam, quarum causas nimis perspicuas duco, quam ut disputatione egeant. 11 C. l. *δυνατὰ μεταλαβεῖν, τοῖς οὐσί τε καὶ ἐσομένοις,* cetera deleantur. 12 A. l. *νικῶ μὲν φρόνησις, ἡδονὴ δ' ἡτῶται.* 12 E. dele *χρώματα* et mox *σχήματα.* 13 B. dele *καὶ ἀγαθὰ δὲ* — insere *ἂν* post *ὁμολογῶν*, et dele *πάσας ἰδονάς.* 14 E. dele *συνγεχωρημένα.* 15 A. dele *σπουδῆ.* Qui inseruit, Phaedri locum in mente habebat. 15 B. nihil deest praeter particulam negativam: *ὅμως μὴ εἶναι β.* (sed *ταύτας* expellendum). Haec enim est altera dubitatio: 'Quomodo fit ut hae species, quae immutabiles sunt, non apud se et in sua sede maneant, sed in mundum mutabilem exeant?' 16 C. credo Platonem scripsisse: *Λόγων μὲν* et mox *ἐρρίφη* (ἢ *ἐπέμφθη*) *διὰ πινός Π. ὁ ῥιπτῶν*, ut opinor, non eget baiulo. 16 D. insulsum est emblemata *θεμένους. οἱ μὲν γὰρ θεμένοι οὐκέτι ζητεῖν ἀναγκάζονται.* 16 E. lege: *οἱ δὲ νῦν τῶν ἀνθρώπων σοφοὶ ἐν μὲν ὅπως ἂν τῶν αἰτίων καὶ βραχυτέρον ποιῶσι τοῦ δέοντος ἄπειρα ε' θίς.* Vulgo feruntur *ποιεῖν τὸ ἐν*, tamquam res non quaerendae sed creandae essent. 18 A. ex optat. *λάβοι* patet *ἔφαμεν*, non *ὡς φάμεν* scribendum, mox pro **ΕΧΟΝΤΑΤΙ** legerim **ΕΧΟΝΔΕΙ**, ut ceteris recisis sic procedat oratio: *ἀριθμὸν αἷ ἂνὰ πλήθος ἕκαστον ἔχον δεῖ κατανοεῖν.* 19 A. *ἐμὲ τοῦ λόγου διάδοχον παντελῶς ὑποστάνατα: arena sine calce.* Lege *τὴν διαδοχὴν.* 20 C. dele *εἰς τὴν διαίρεσιν.* 21 B. dele *τὰ δέοντα*, nam *λογισμὸς paullo post eodem sensu quo ἐπιστήμη usurpatur.* 22 A. dele *πρὸς τούτοις γε.* 23 B. dele *ἄλλης μηχανῆς* quod iustam, quae sequitur, translationem turbat. *δεῖν οἷον βέλη ἔχειν ἕτερα τῶν ἐμπροσθεν — λόγων!* Ecce iterum! 23 E. dele *τὰ τοῖα*, et paullo ante *πέμπτον βίον.* 24 A. *ὄρα πέρας εἴ ποτέ τι νοήσαις ἂν* — Haecine pro Platonis venditari! Lege: *ὄρα πέρας εἴ που ἔσσι νοῆσαι* et mox supple *οὐκ ἂν* a Turicensibus propter Bodleianum ommissa. 26 C. lege: *καὶ σὺ μὲν ἀποκναῖσαι σε φῆς αὐτήν.* Similitudo soni inter *σαι* et *σε*

errorem peperit. Rectissime Philebus de se querens iuducitur, tanquam a Dea quae voluptates humanas praefinivit, vexatus fuerit. 26 E. τὸ δὲ ποιοῦν καὶ τὸ αἴτιον ὁρθῶς ἂν εἴη λεγόμενον ἔν. Nisi me omnia fallunt, scripsit Plato: τ. δ. π. κ. τ. α. ὁρθῶς ἂν ἔν λέγομεν. 32 A. πάλιν δ' εἰς ταύτων ἀπιόντων — immo εἰς τὰ αὐτῶν ἀπιόντων. Sic alias εἰς τὴν αὐτῆς φύσιν ἀπιούσης, et εἰς δέ γε τὴν αὐτῶν φύσιν ὅταν καθιστῆται. 32 C. vel λύπης τε καὶ ἡδονῆς eicienda: nam ut nihil dicam de genitivis post ἄμικτος, falsum et absurdum est dicere haec duo genera voluptatum non esse immixta voluptatibus — vel ὡς δοκεῖ, quod non intellego, in εἶδει corrigendum. 46 B. παρεθέμην ἂν h. e. nisi alia causa coegisset, non hoc fecissem ne Philebo molestus essem. Ni mirum delicatulis auribus haec pruriginis mentio parum conveniebat. 46 D. ὅποταν δ' ἐντὸς --- non enim omnis γαργαλισμὸς intus est. Pro ἀπορίας dubitanter propono ἃ ψωριᾶ, ad calcem lego παρατίθενται. Postremo in 46 B. ἐπὶ τὰς τούτων ξυγγενεῖς non sunt Protarchi verba, utpote qui Socratem ducem sequatur, sed Socratis. Ne plura adderem tabellarius prohibuit; reliqua mittam si haec non displicuisse intellexero.

Sydneii in terra australi m. Maio a. 1871.

Carolus Badham.